



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 57. Puritani Hierarchicis insensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. qui suo apte ingenio alios super alios ar-  
A.C. 1601. tículos comminifcebantur, Puritanos  
 etiam Senatus autoritate gravique cen-  
 fura compellebant, ut fele ritibus Ec-  
 clefiæ Anglicanæ conformarent, nec  
 non Epifcopali imperio fe fubjicerent,  
 novisque articulis fubfcriberent: cum  
 vero ipsis Diffidentes pari animofitate  
 obfifterent, hinc magis magisque inde  
 exacerbati indomitis impotentibusque  
 furiis in eos tumultuabantur, minitan-  
 tes, quod, etfi myriades animarum  
 perirent, nunquam tamen a fuis con-  
 fuetudinibus recedere vellent, in id  
 unum intenti, ut calumniis, injuftis-  
 que confufionibus, atque odiosis repræ-  
 fentationibus Presbyterianos Regine  
 infenos redderent. Ex altera vero parte  
 Diffidentes fub obtentu conscientie ac  
 Zeli pro cauffa Dei carnalibus turbis, &  
 furiofis debacchationibus contra Hie-  
 rarchicorum normam effufis nomen Di-  
 vinum profanabant. Hic erat corrup-  
 tifsimus Ecclefie Anglicanæ ftatus, qui  
 in hodiernum ufque diem perdurat.

## §. LVII.

*Puritani Hierarchicis infenfi.**Nichols. l. c.*

Interim Puritani, ut Hierarchicos op-  
 primerent, nullam prætermittabant  
 occafionem, præcipue in Scotia, ubi  
 Jaco-

Jacobum VI. Stuartum Regem, qui <sup>Sæc. XVII.</sup> sub Cnoxii & Buchanani disciplina <sup>A. C. 1601.</sup> adoleverat, sibi admodum faventem autumabant, mox decretis ad eum Oratoribus ipsius patrociniū implorantes. Blandis ejusdem verbis erecti classes suas aliquamdiu sopitas resuscitant, ceteramque disciplinam ab Hierarchicis contractam dissipatamque redintegrare conantur, vestem, quam *Albam* vocant, exuunt, liturgiam abjiciunt, omnesque demum Ecclesiæ ritus iterum contemunt & proculcant, datisque literis apud Regem instant, ut crux Baptismalis aboleretur, Musica Sacra, dies festi, annulus matrimonialis, absolutio, aliæque ceremoniæ abrogarentur, sparsis atrocibus contra Liturgiam & Ecclesiasticum Regimen convitiis. Ad hæc Rex, qui aversionem suam in Puritanos caute adhuc dissimulabat, facile indulgit, ut res hæc inter ambas partes controversæ disputatione publica quamprimum excuterentur. Hanc in rem colloquium ad Hamptoniam Aulam Regiam fuit indictum, quod etiam anno Christi millesimo sexcentesimo quarto celebratum est.